

~~exercita~~ ceciderant plus quam 700 viri nominati interfecti,
 ceciditque in eodem conflictu Eduardus dux Sclavie supradictus
 et in monasterio Valliscomitis apud patrem suum
 Reynaldum ducem humilatur. Idem igitur dux Juliacensis
 huiusmodi victoria elatus, cum ipse a captivis tot nobi-
 libus, divitibus et multis numero infinitas pecunias arre-
 pisset, et insuper ducem Brabantie sepe dictum per spaci-
 um 11 mensium circiter tenuisset in custodia captivatum,
 et pro eiusdem liberatione exigere thesaurum ultra vires
 ipsius ducis Brabantie et insolidum excessive, tandem
 ipsum licet involuntarius dimisit liberum absque pecu-
 niis absolute. Nam sepe contingit, quod, dum fata, quo-
 rum quidem series est incerta, aliquid offerunt ad optatum,
 si in tempore non recipitur illud, tractu temporis contrarius
 cursu auferunt a negligente velut ab ingrato. Tandem
 namque dictus Carolus imperator accedens personaliter ad
 partes Rheni veniensque Agnis et fratrem captivum ab ipso
 duce Juliacensi repetens, cum de huiusmodi negotio cum
 principibus aliquibus imperii, quos ad se convocaverat, pertra-
 ctaret, dictus dux Juliacensis sano licet in gloria accepto consi-
 lio eidem domino imperatori prefatum ducem Brabantie re-
 stituit sine pecuniis et absque exactione et pactis absolute liberum
 et quietum, dum tamen ipse dux Juliacensis adhuc non sensisset
 dicti domini imperatoris gladium neque bellum, sed dumta-
 taxat verbis horribus comminantis.

C^l horribis ~~et~~ horribus 2.